



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio. j.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

tet enim me fecisse eos. Tu.

Nocte. xi. Lectio. i.

Noe inuenit gratiam coram domino. De sunt generatio nes noe. Noe uir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis: cum deo deambulauit: et genuit tres filios: sem cham et iaphet. Corrupta est autem terra coram domino: et repleta est iniquitate. Tu autem.

Lectio. ii.

Quoniam uidisset deus terram esse corruptam: omnis quippe caro corrupta uia sua super terram dixit ad noe. finis uniuersae carnis uenit coram me. Repleta est terra iniquitate a facie eorum: et ego dispiciam eos cum terra facti tibi archa de lignis leuigatis. Masiunculas in archa facies: et bitumie lini es intrinsecus et extrinsecus: et sic facies eam. Tu.

Lectio. iii.

Recetorum cubitorum erit longitudo arche: quinquaginta cubitorum latitudo: et triginta cubitorum altitudo illius fenestram in archa facies: et in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autem arche pones ex latere. Deorsum cenacula et trisega facies in ea. Tu autem.

Nocte. xii. Lectio. i.

Ecce ego adducam aquas

diluuium super terram ut interficiam omnem carnem in qua spiritus uiae est subter celum: et uniuersa quae in terra sunt peribunt. Ponaque fedus meum tecum: et ingredieris archam tuam et filii tui: uxor tua et uxores filiorum tuorum tecum: et ex cunctis animalibus uniuersae carnis bina induces in archam: ut uiuant tecum masculi ni sexus et feminini. De uolucris iuxta genus suum: et de uisumetibus in genere suo: et ex omnes reptilibus terre secundum genus suum bina de omnibus ingrediantur tecum ut possint uiuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis quae mandata sunt tibi et comportabis apud te: et erunt tibi quasi illis in escam. Lectio. ii.

Fecit igitur noe omnia quae preceperat illi deus. Genes. 7.

Dixitque dominus ad eum. Ingredere tu et omnis domus tua in archam. Te enim uidi iustum coram me in generatione hac. Tu.

Ex omnibus animalibus.

Lectio. iii.
mundis tolles septenam et septenam masculum et feminam: de animalibus uero imundis duo et duo masculum et feminam: sed et de uolatilibus caeli septenam et septenam masculum et feminam: ut saluetur semetipsum super faciem uniuersae terre.